ſerpentis dyabolus decepit. ſed poſt occulte ⁊ i⸗
uiſibiter tēptauit: ſemiuiuo relicto. qꝛ etſi im⸗
mortalitas poteſt auferri. oculus tn̄ ratōnis re
manet hominū. quo deꝰ pt̄ cognoſci. Un̄ Beda.
Semiuiuuꝫ reliq̄rūt. quia beatitudinē vite im⸗
mortalis exuere. ſed nō ſenſū ratōis abolere va
luerūt. Ex q̄ enī parte ſapere ⁊ cognoſcere deū
poteſt. viuus ē homo: ex q̄ vero peccatis cōta⸗
beſcit.⁊ miſeria deficit. mortuus idē letifero qꝫ ē
vulnere fedatus. Un̄ ⁊ Theophi. Ac ſemiuiuus
dicitꝰ homo poſt peccatū. quia anima īmortalis
eſt. corpus vero mortale: ita vt medietas hoīs
ſuccūbat. Un̄ Auguſ. Semiuiuus enī habet vi
talem motū. id ē liberū arbitriū vulneratuꝫ. qd̄
ad eternā quam perdiderat redire non ſufficie⸗
bat. Et ideo iacebat. qꝛ vires ei ꝓprie ad ſurgen⸗
duꝫ nō ſufficiebāt: vt ad ſe ſanandū medicū id ē
deū req̄reret. Uel ſemiuiuuꝫ reliq̄rūt. remanēte
vita nature. nō vita grē. ſcd̄m illud apl'i. Uiuo
aūt. ſ. vita nature. iā nō ego. ſ. vita culpe: viuit
vero in me xp̄c. ſ. vita grē. Fecerat enī deus ho⸗
minē ad ymaginē ſuā. ſcd̄m ratōeꝫ: ad ſimilitu
dinē. ſcd̄m dilectōem: vt per vtrūqꝫ deo adhere⸗
ret.⁊ inherēdo beatus eſſet. Sed dyabolus hu⸗
mane beatitudini inuidēs: ꝯ duo bona p̄dicta.
duo homini in originali intulit principalia ma
la. In eo nāqꝫ q̄ factus erat ad imaginē ſeu ſcd̄m
rōem. vulnerauit eū per ignorātiam boni: in eo
vero q̄ factus eſt ad ſimilitudinēꝫ dei ſcd̄m dile⸗
ctōeꝫ. vulnerauit euꝫ ꝑ ꝯcupiſciam mali. Homo g̊
vulneratus ſemiuiuus relictus ē. qꝛ ꝯſi in huma
na natura poſſit diuina ſimilitudo q̄ i dilectōne
ē penitus corrūpi: diuina tn̄ ymago q̄ i ratōne ē
nō poteſt penitus deleri. Quis enim tāta mali⸗
cia poſſit affici. vt nil diligat boni. nō tn̄ igno⸗
rātia tāta excecari pt̄ vt nil coḡſcat veri. Sa
cerdos aūt ⁊ leuita deſcēdētes eadē via viſo ſpoli
ato ⁊ vulnerato p̄terierunt:⁊ vite p̄ntis ſtatum
tūc ſancte viuendo pertrāſierūt: ſed humanum

genus ꝑ culpã vulneratũ ſanauerũt minime q;
ſacerdociũ legis. ⁊ ei⁹ miſteriũ peccata nõ cu-
rauerũt. ſed ſolũ oñderũt: ĩpoſſibile eñi erat ſã-
guine vituloꝝ ⁊ agnoꝝ ⁊ hircoꝝ auferri pecca-
ta hominũ. Uel ſacerdos ⁊ leuita intelligũt lex
⁊ ꝓphetia: q̃ hoĩes nõ ſanauert. ſed pcc̃a oſtẽde-
rũt ⁊ rephenderũt. Samaritan⁹ vo iter faciens.
id eſt xp̃c q̃ animas cuſtodit ꝑ humanitatẽ. mo
mẽta vix hui⁹ currẽs. ꝓ nob eñi fact⁹ eſt homo
in mũdo: venit ſec⁹ eũ. i. vulneratũ. q; in ſimili-
tudine hominũ fact⁹. ⁊ habitu inuẽtus ẽ vt ho-
mo: ⁊ vidẽs eũ oculo clemẽcie. miſcdia motus ẽ
ex cõpaſſiõe. Et appropinquãs homĩ vulnerato
miſerationis exhibitõe: alligauit vulnera ei⁹. q;
redarguẽs pcc̃a cohibuit. ⁊ vĩculis gr̃e ligauit
infundẽs oleũ mitigatiuũ. ſpem venie penitẽti-
bus ꝓmittẽdo: ⁊ vinũ pungitiuũ. terroreꝫ pene
peccãtibꝫ incuciẽdo. Alligat ḡ vulnera: dũ p̃ci-
pit. penitẽtiã agere: ĩfũdit oleũ. dũ addit: appro-
pinq̃uit eñi regnũ celoꝝ: infũdit vinũ. cũ dicit.
oĩs arbor q̃ nõ facit fructũ bonũ. excidet̃ ⁊ in
ignẽ mittet̃. Qua ĩ re docuit nos dñs q̃liter in-
firmis ⁊ ad penitẽtiam veniẽtibꝫ mederi debea-
mus. Uulnera eñi ligam⁹. qñ pcc̃orẽ a pcc̃o ceſ
ſare iubem⁹. Oleũ aũt infũdim⁹. qñ miſericor-
diter ⁊ blande ↄſolãdo indulgẽtiã pcc̃ori ꝓmit-
timus. Inſuꝑ ⁊ vinũ infũdimus. qñ aſpere ⁊ au
ſtere ĩcrepando ieiunare ⁊ carnẽ macerare iu-
bemus. Nõ ſic igit̃ oleum ſine vino. neq; vinuꝫ
ſine oleo. Unde Greg⁹. Miſcẽda eſt ḡ lenitas cũ
ſeueritate. faciẽdum ẽ quoddaꝫ ex vtroq; tẽpe-
ramẽtuꝫ: vt neq; multa aſperitate exulcerẽtur
ſubditi. neq; nimia benignitate ſoluant̃. Unde et
Bern. Semꝑ punire ferocitatis ẽ. ſemꝑ parce
re puſillanimitatis. nec hoc nec illud eq̃tatis:
habere plus amaritudis q̃ ſuauitatis. dãnabi-
le eſt: ecõuerſo cõmendabile. vtrũq; tolerabile.

Et leuans illũ in iumẽtum ſuum impoſuit. ac
ducens ĩ ſtabulũ. curã eius egit. Iumẽtũ dicit̃
hic caro xp̃i. in qua ad nos venire dignat⁹ eſt.
Huic iumẽto ſauciatũ impoſuit. fidẽ incarna-
tõnis inſpirãdo. ⁊ pcc̃a nr̃a in corꝑe ſuo ſuꝑ li-
gnũ portãdo: ⁊ iuxta aliã ꝑabolã inuẽtaꝫ q̃ er-
rauerat ouẽ humeris ſuis impoſitã ad gregẽ re
portãdo. Et duxit in ſtabulũ. i. intra ſanctã p̃ſẽ-
tem eccl'iam collocauit: vbi depoſito onere pec-
catoꝝ. viator laſſus reficit̃. ⁊ refect⁹ ſalubri pa-
ſcua repat̃. Nõ domũ ſed ſtabulũ vocat. q̃ noĩe
fetores ⁊ miſerias hui⁹ p̃ſentis vite ſignificat:
ne homo ĩ hoc exilio tanq̃ ĩ patria gaudeat. Et
vt bon⁹ medicus ⁊ neceſſarius. curã ei⁹ egit. q̃-
diu ĩ hac vita cũ eo fuit: q; circa egrotũ ſolici-
tus fuit. Et altera die poſt ꝑactũ miniſteriũ
redemptõnis. ſcꝫ poſt domini reſurrectõnem. q̃
magis ſplendet q̃ tẽpus p̃cedẽs: prima eñi dies
fuit dies mortalitatis ⁊ paſſibilitatis. altera di
es fuit ĩmortalitatis ⁊ impaſſibilitatis. qñ ſplẽ
dor lucis eterne magis effulſit: ꝓtulit duos de-
narios. ſcꝫ duo teſtamẽta. in quibꝫ et nomen et
ymago regis eterni ↄtinent̃. ⁊ quoꝝ p̃cio vul-
nera noſtra curantur: et dedit ſtabulario. quia

diſtribuit vtriuſq; teſtamẽti ſciẽtiã et p̃dicandi
graciã aplĩs: quibꝫ ſenſũ aperuit vt ſcripturas
intelligerẽt. ac p̃latis ⁊ oĩbꝫ qui eccl'iam guber
nare debẽt. vt curã egroti agerent ⁊ haberent.
Qui etiã debet ĩ hac cura aliq̃d ſuperogare. vt
nonſolũ ea q̃ in duobꝫ teſtamẽtis ↄtinent̃ ſtude-
ant p̃dicare: ſed ⁊ alia multa ſcd̃m ea q̃ ſcripta
ſũt. laborẽt alijs p̃dicatõe manifeſtare. Superer-
erogat etiaꝫ qui ſine ſumptibꝫ exẽplo apoſtoli
p̃dicat: ⁊ ab eis quibꝫ p̃dicat. ſumptus nõ acci-
pit. Itẽ ſuperogat. q̃ nonſolũ p̃cepta· ſedetiam
ↄſilia implet vel p̃dicat. in die aũt iudicij cũ do-
minus redierit. totum qd̃ ꝓmiſerat tanq̃ debitor
reddet. cuꝫ fideli ſeruo dicet. q; ſuper pauca fu
iſti fidelis ſupra multa te conſtituam. intra in
gaudiuꝫ domini tui. Quilibet ergo paccator. q̃
peccãdo mortaliter. a deo qui ẽ pax noſtra tanq̃
ab hieruſalem ſe auertit: ⁊ ad hiericho id ẽ ad
culpabilẽ defectũ ſe cõuertit. et ſic a bono incõ-
mutabili ad bonũ ↄmutablẽ deſcẽdit. hoĩe aũt ſic
lapſo ĩ latrones. ⁊ ſpoliato ac vulnerato et reli-
cto. quid aliud reſtat niſi flagitare. vt ſamari-
tan⁹ ille id eſt cuſtos animoꝝ ih̃s xp̃c. iter miſe
rationis ſue per nos faciet. latrones fugiet. ſpo
liatos gratia reſtituat. vulnera nr̃a liget. ſemi-
viuos ĩ integrũ abilitet. et ſic demũ in celeſtem
hieruſalem nos ꝑducat. Moralit̃ per hier'lm
ſtat⁹ v̾tutis deſignat̃. ⁊ id per hominẽ deſcẽdẽtẽ
ab hieruſalẽ in hiericho. deſignat̃ pcc̃or deſcen-
dẽs a ſtatu iuſtitie ĩ pcc̃m mortale: q̃ incidẽs in
latrones. id ẽ demones: ſpoliat̃ per eos gratui-
tis. ⁊ vulnerat̃ ĩ naturalibꝫ. ac reliquit̃ ſemiui-
uus. q; tollit̃ ab eo vita gratie. remanente vita
nature. Sacerdos et leuita trãſeũtes ſũt mali
miniſtri eccleſie. ſamaritanus ẽ confeſſor ⁊ p̃di
cator mot⁹ ex caritate: alligãs vulnera ſaucia-
ti per ſanũ ↄſiliũ. infũdẽs oleũ miſericordie. et
vinũ iuſtitie: ⁊ ĩponit illum ĩ iumentũ. q; nõ ſo
lũ mẽte p̃bet auxiliũ: ſedetiã ꝓut poteſt corꝑe.
qd̃ eſt anime iumentũ: ⁊ ducit ĩ ſtabulũ ⁊ domũ
eccl'ie vbi dat̃ pabulũ v̾bi dei ⁊ ſacramẽti euka-
riſtie: et altera die poſtq̃ duxit ĩ ſtabulũ ꝓtulit
duos denarios. per q̃s ↄ̃ſignat̃ grã ĩ p̃nti et gl'a
ĩ futuro ⁊ dedit ſtabulario. i. dãdos denũciauit
bono curato facienti debitum ſuum erga pec-
catorẽ ſibi r̃bditũ: ⁊ ei curã pcc̃oris ↄmẽdauit.
dicẽs: curã illi⁹ habe debitũ tuũ exercẽdo. ⁊ qd̃-
cũq; ſupererogaueris. faciẽdo circa debitũ ali
qd̃ bonũ ad qd̃ nõ teneris: r̃ddã tibi. i. r̃ddendũ
denũtio. ꝓmittẽs ei vitã eternã ꝓ ſalario. Et
ĩterrogat⁹ legiſperitus a dño q̃s p̃dictoꝝ pri-
m⁹ fuiſſꝫ ei q̃ ĩcidit ĩ latrones: r̃ſpõdit. Qui fe-
cit miſericordiã ĩ illũ. Ubi cyrill⁹. Neq; ei ſacer-
dos neq; leuita fact⁹ fuit ꝓxim⁹ paciẽtis. ſꝫ ille
q̃ eſt eius miſert⁹. inutilis ẽ eñi ſacerdocij digni-
tas et legis ſciẽtia. niſi per bona opera ↄfirmet̃
Unde et beda. iuxta lrãm manifeſta ẽ domini ſẽ-
tentia. nullũ nob ãplius q̃ qui miſereatur eſſe
proximũ. Sic ciui hieruſolomite. non ſacerdos
non leuita ex eadem gente. ymmo in eadẽ vrbe
nati et nutriti: ſed externe gentis accola. quia

magis miſertus ē. factus eſt proximus. De-
inde dñs ex legiſperiti rñſione ⁊ cōfeſſione oſtē-
dens omnem hominē miſericordiam facientē eſſe
proximū. ⁊ ſpecialiter ipm dei filiuz: cōcluſit di-
cens. Uade ſcʒ de virtute in virtutē. et tu fac ſi-
militer proximo ſicut ſamaritanus fecit iudeo:
q.ſ. omnem hominē etiā inimicū proximū repu-
tes ⁊ ei miſericordiā affectu. affatu et effectu i̅-
pendēdo neceſſitates eius ſubleues: vt te proxi-
mū diligere ſicut teipm manifeſtes. Ubi Criſoſ.
Quaſi dicat. Si quē vides oppreſſum. nō dicas.
vtiqʒ nequā eſt: ſed ſiue ſit gentilis ſiue iudeus.
⁊ ope indiget. nō cauilleris. ius habet auxiliuz
quicūqʒ mala fuerit paſſus. Hec Criſo. Ex rñſi-
one qʒ legiſperiti dñs cōcludit: q ꝓpinquitas ge-
neris nō facit proximū. ſed opus miſericordie i̅-
penſum. Acſi dicat ei. Tu ergo me dilige. et in
me vtrūqʒ mandatū legis implere ſtude: qꝛ ſum
deus. ⁊ ſum ille tuus proximus: ⁊ quicqd vales i̅
proximi neceſſitate ſubleuanda. vel corꝑali vel
ſpirituali. deuotus operare: vt manifeſteris ꝓ-
ximus eſſe. Uñ Bern. Utramqʒ teneo dilectōez
dei ⁊ proximi. cū te amo dñe ihū: qui meus pro
ximus es qm̄ homo es. ⁊ feciſti mecū miſericor
diā. Hec Bernh. Ex vtraqʒ ergo dñi cōcluſione
legiſperitus cōuincit. quia xpm deū ⁊ hominez
proximū nō dilexit. qui ſuſcipiēs carnē noſtraz
ꝑ humanitatē factus ē nobis proxim⁹. ⁊ tot mi-
ſericordie opa impēdit: vñ merito diligi debet.
Ad dei em̄ dilectionē in nobis excitandaʒ. nu-
triendam. ⁊ agendaʒ: nihil ita valet ſicut bene-
ficiorꝝ eius freqns ⁊ diligēs ꝯſideratio. Magna
ē igitur miſericordia. q ignotis ⁊ extraneis nos
proximos facit: magna ē miſericordia ꝑ quam
vita poſſidet eterna. Ille quippe ē proxim⁹ tibi.
cui miſerēdo appropinquas: qui do nulli miſere
tur. nullū ꝓximū habet. In illo ergo mādato.
diliges ꝓximū tuū ſicut teipm. dñs ꝓximū in-
telligit omēʒ homīeʒ: hic aūt cū qui i̅plet legem
naturalem. vt qui facit alij q ſibi fieri vult. Ubi
Ambro. Ergo qm̄ nemo magis ꝓximus q qui
vulnera nr̄a curauit: diligam⁹ eū qſi dñm. dili-
gamus ⁊ eū qſi ꝓximū. Nihil em̄ tam ꝓximū. q
caput mēbris. Diligam⁹ etiā eū qui imitator eſt
xpi: diligamus eū qui i̅ opie alteri⁹ corꝑis vni-
tate ꝯpatitur. Neqʒ em̄ cognatio facit ꝓximuz.
ſed miſericordia: quia miſericordia ſcdm natu
raʒ eſt. Nihil em̄ tā ſcdm naturaʒ. q iuuare con-
ſortē nature. Hec Ambro. Ad hoc qʒ faciendū
hortatē nos Auguſ. dicēs. Nūc cū in hac vita. i.
in hac via ſumus. inuicem onera nr̄a portem⁹.
vt ad eaʒ vitā q caret omi onere ꝑuenire poſſi-
mus. Dilectionis officiū ē. inuicē onera noſtra
portare. Nihil em̄ ſic probat amicū. quēadmo-
dū oneris amici portatio. Neqʒ vlla res officio-
ſuʒ iſtū laborē ad portāda onera aliorū facit li-
benter impendi. niſi cogitemus q̄nta ꝓ nobis ꝑ
tulit dñs. Hinc admonēs ait aplus. Hoc ſentite
in vob. qd ⁊ i̅ xpo ihū. Huic cogitatōni accedit
etiā illa. qꝛ hoīes ſumus: et egritudinem ſiue
animi ſiue corꝑis. quā in homie alio videmus.

etiā nos hēre potuim⁹ aut poſſumus. Hoc ḡ exhi
beamus ei. cui⁹ i̅firmitateʒ portare volum⁹: qd
ab illo vellemus nob exhiberi. ſi forte nos in eo
eſſemus. ⁊ ipe nō eſſet. Ad hoc ꝑtinet qd aplus
ait. Oib⁹ oīa fact⁹ ſū. vt omes lucrifacerē: cogi-
tando. ſ. in eo vicō ſe eſſe potuiſſe. vnde cupiebat
aliū liberare. Deinde etiā illud cogitādū nulluʒ
eē hominē q nō poſſit hēre aliqd bonuʒ. qd tu nō
habes etiāſi lateat: in q ſine dubio poſſit te eſſe
ſuꝑior. Uñ aplus. Nihil ꝑ cōtētionem neqʒ ꝑ in
anē gloriā. ſed in humilitate mentis alter alterꝝ
exiſtimātes ſuꝑiorē ſibi. Iſte cogitationes dep-
mētes mētis ſuꝑbiā. ⁊ acuētes caritatē. faciūt
onera fraterna i̅uicē nōſolū equo aīo. ſed etiam
libētiſſime ſuſtineri. Hec Auguſti. vñ ⁊ Grego.
Si qſqʒ ſua incomoda q ab alijs ꝑtātur cōſide-
rat. ea q ab alijs ſuſtinet leuius portat. Et iterꝝ.
Quia illa i̅terna pacis viſio ex ſctorꝝ ciuiū con
gregatōe ꝯſtruit. hirl'm celeſtis vt ciuitas edi-
ficat. Que tñ i̅ hac ꝑegrinationis terra. dū fla-
gellis percutit ⁊ tribulatōib⁹ tūdit. ei⁹ lapides qti-
die qdrant. Que videlicet ciuitas. hē hic i̅ ſctō-
rū motibus. magnū iā edificiū ſuū. In et ificio
qppe lapis lapidē portat. ⁊ q portat alterꝝ. por-
tat ab altero. Sic nūc i̅ ſcta ecclīa vnuſqſqʒ et
portat alterꝝ ⁊ portat ab altero. Nā viciſſim ſe
ꝓximi tolerāt. vt ꝑ eos edificiū caritatis ſurgat
Omē aūt pōdus fabrice fūdamētū portat. qꝛ re
dēptor nr̄ de quo Paul⁹ aplus ait. Fūdamētum
aliud nemo ponē pt̄ ꝑter id qd ē poſitū qd ē xpc
ihs. oīa nrā tolerat: ſed in ipo malū nō fuit qd
tolerari debuiſſet. Hec Greg. Ex his vbis grego
rij colligit. q q̄nto plura qs ꝓ deo portauerit.
tanto erit ipi fūdamēto. ſ. ihū ꝓpinqor: ⁊ quanto
paucōra portauerit. tanto erit ab ipo fūdamēto
remotior. Hec igr̄ omia bñ ꝯſidera ⁊ proximorū
i̅firmitates ac defectus ⁊ onera nōſolū patiēter:
ſed etiā libēt pro deo porta ⁊ tolera. vñ Anſhel.
Quis bonis alteri⁹ arridet. ſanctis ꝯſentit: q do
inuidet diabolis. Siqdē magis puto ſaluatōeʒ
ei⁹ ſperādā. q parꝝ boni facit ⁊ factis aliorꝝ fauʒ
q q mlta. ⁊ i̅uidet. Et iterꝝ. Caritas q colligit et
viuificat oīa mēbra ecclīe: cū nos viderit de al-
teri⁹ ruina gaudere. ſtatim nos p̄cidit de corꝑe
Forte igr̄ nō dolem⁹ de ruina ꝓximorꝝ nrōꝝ. qꝛ
p̄ciſi ſum⁹ a corꝑe. Si em̄ ibi eſſem⁹ ſine dubio
doleremus: qꝛ tādiu dolet mēbꝝ. qdiu in corꝑe
ꝯtinet. Si aūt abſciſū fuerit. non dolere poterit
nec ſētire. Ex hijs ḡ pt̄ hō ꝓpēdē ſi ē mēbꝝ xpi.
Et ſicut dictū ē de ꝯpaſſione ⁊ ꝯgratulatōe. ita in
telligē de ꝯmunicatōe: qꝛ i̅ corꝑore hūano vnuʒ
mēbꝝ ꝯmunicat alteri indigēti ſuū officium. et
cibū quē recipit: ita i̅ corꝑore xpi qd ē ecclīa q-
libʒ dbʒ alteri ꝯmūicare grāʒ diuinit⁹ ſibi datā.
ac cibū ⁊ etiaʒ tēporalia oīa a deo recepta. Si-
militer i̅telligē de cōſideratōe. vt ſicut membra
inter ſe adunantur tanta amoris concordia. vt
nulla ratione inter ſe valeant diſſentire occaſio
ne aliqua. ita etiā ſit inter nos. Silr̄ i̅telligē
de ſupportatōe. vt ſicut vnuʒ membrum ſuppor-
tat alterꝝ. ⁊ ſuſtinet leſionem ꝓ curatōne. ſiue

ꝓtectione alterius: ⁊ ſi lediť ab alio. ſñ vltione
ſuſtinet leſioꝫ. ſic debet eē in nob Hec Anſelm᷒.
Domine iħu xp̄e cuſtodi nos deſcendētes
de ꝯtēplatōne ad actōnē. ne icidamus ĩ
latrones ſenſuū appetit᷒. nec ſpoliemur
gratuitis: nec vulneremur ĩ naturalibꝫ: ſacer-
dos ⁊ leuita ſuperior ⁊ iferior portio ratōis non
deſcēdāt eadē via ꝯſētiēdo ĩ pccm. ſed poci᷒ aſcē-
dāt ſurſū. Samaritan᷒ vo grā p̄deſtinatōis ſec᷒
nos appropriet. nob vulnera pctoꝝ liget. īfūdēs
oleū. ſpem venie ⁊ vinū. timorē iuſtitie. ĩponat
ĩ iumentū. ordinādo ratōnē ſup̄ ſēſualitatē. du-
cat ĩ ſtabulū ĩ ꝯſideratōe pctorū: altera die re-
ſurrectōis det duos denarios. ſtolā anime ⁊ cor-
poris Amen.

## De penitentia marie magdalene. Capitulum .LX.

POſt hec aſcendit iħs de
galilea ĩ iudeam. vbi qdā de phariſe
is ſcꝫ ſymō lepros᷒ volēs ſe iuſtifica
re ⁊ de iuſtitia iactare. rogauit dñm
iħm vt cū illo māducaret. Cui᷒ tñ ſimulatā iuſti
tiam benign᷒ medic᷒ nō vitauit. ſꝫ magis cura-
re voluit: et igreſſ᷒ domū pharizei diſcubuit. Le
giť aūt xp̄m māducaſſe cū publicaīs ⁊ pctoribꝫ
vt eos ad penitētiā ꝓuocaret. ſic qñ ĩ domo ma
thei cū publicanis ꝯmedit. Itē cū iuſtis eū dili-
gētibꝫ. vt eoꝝ amorē ⁊ deuotōnē nutriret ⁊ auge
ret: ſic diciť de martha ⁊ maria. Itē cū ꝯgnatis
et pauperibꝫ. vt eoꝝ iopiā ſuppleret. ſic habeť de
nupcijs. vbi aquā ĩ vinū vtit. Itē cū phariſeis ſu
ꝑbiētibꝫ. vt eoꝝ ſupbiā reprimēt ⁊ eoꝝ vicia ar
gueret. ſic ĩ hoc loco facit. Aliquādo etiā humi
liter ⁊ cū gratiaꝝ actōe cū īuitabať recipiebat.
ꝓ loco et tēpore ex pauꝑtatis amore. qꝛ pauꝑ
erat ⁊ de hui᷒ mūdi ſubſtātia paꝝ habebat. Nō
īmerito tal᷒ ⁊ tātus hoſpes ē īuitādus. ⁊ cū ſe īui
tat libētius ſuſcipiēdus. veniūt ei omnia bona
pariter cū illo. Audiēs aūt hoc magdalena. que
iā forte ipm p̄dicātē audierat: tacta dolore cor-
dis ītrīſecus ꝓ pctīs ſuis. ⁊ de eis plene ⁊ ꝑfcte
contrita. amoriſqꝫ eius igne accenſa: cuꝫ alaba
ſtro id ē· tali vaſe vnguēti ꝑrexit ad locū ꝯuiuij
vt eñ dicit Beda. alabaſtꝝ ē genus marmoris
cādidi varijs coloribꝫ intertīcti. qd̄ ad vaſa vn-
guētaria cauarē ſolēt. eo ꝙ optime ſuare īcor-
rupta dicať. Iſte pharize᷒ quādoqꝫ ĩ euāgelio
ſymō lepros᷒ diciť. cui᷒ lepra nō ſñ cauſa memo
rať: vñ Criſ. Non ſiplicitr aūt lepre ſymonis
meminit euāgeliſta. ſed vt oſtēdat vnde ꝯfidēs
acceſſit hec mulier. qꝛ eñ lepra videbatur valde
īmūda eē paſſio et abhominabilis. vidit autē ꝙ
iħs curauerat illū hominē: ꝯfidit qñiā ⁊ anime
ei᷒ īmūditiā facile expurgabit Hec Criſ. Et cū
mulier ad locū ꝑueniſſet. facie iclinata. et ocul᷒
ĩ terrā demiſſis. añ ꝯuiuas tranſiēs. non qeuit
donec ad iħm ꝑueniret. Et tūc ilico retro ad pe-
des ei᷒ ꝓſtrata. qꝛ ſe añponē nō audebat. p̄ pec-
catoꝝ ſuoꝝ verecūdia: ⁊ ꝓcūbens vultu ſuꝑ pe-
des ipſos cū quadā ꝯfidētia. qꝛ iā ītēſe ⁊ ſuꝑ om-
nia eū diligebat ⁊ ĩ ei᷒ amore ardebat. cepit for
titer fletibꝫ. ⁊ ſigultibus habūdare. ac lacrimis
largiter decurrētibus. pedes dñi balneare et la-
uare. vñ patet magnitudo ꝯtritōis. ex qua lacri-
mas penitētie ſāguinē cordis fundēs. tm̄ fleuit
ꝙ pedes vni᷒ hominis lauari potuerūt: tādem a
fletu ceſſās capillis ſuis pedes iħu lotos extērſit
et amore creſcēte oſculabať eos ſepe dulciter ⁊
amāter. nec de hoc ſaciari potuit. Et qꝛ propter
itinera ſqualidi ⁊ laſſi erāt. eos etiā vnguēto p̄ci
oſo vngebat. ad refrigeriū caloris. ⁊ mitigatōꝫ
doloris ex labore itineris. Et hec qdē que dicta
ſūt agebāť exteri᷒. q̄ vo reuoluebat ei᷒ ītentio.
mltoferuētiora erant. q̄ ſol᷒ deus īſpiciebat. vñ
Grego. niſſenus. Indignitatē aūt ſuā oſtēdens.
ſtabat p᷒ tergū deiectis lumibꝫ. et effuſa coma.
pedes āplectēs. lacrimiſqꝫ eos ꝑfundēs: rebꝫ tri
ſtē aīmū oſtēdebat. veniā īplorās. hec Gre. In
eo ergo ꝙ mulier retro ſtat. deuotio et huilitas
agnoſcitur. ĩ eo vo ꝙ lacrimis pedes rigat. vera
penitētia ⁊ cordis cōpūctio demōſtrauit. Et qñ
eaſdē lacrimas capillis tergēdo abſcōdit et de-
let: ſeſe de illis nō eē oſtēdit. q̄ opa ſua faciūt vt
ab hominibus videāť. in oſculo pacē. amorē. et
dilectōnē mōſtrabat. in vnguento vo cordis ītī-
ma blādimēta. ⁊ deuoti obſequij affectōnē ſigni-
ficabat. Per alabaſtꝝ pectus ⁊ cordis ſecretari-
um plenū fide ⁊ caritate poſſum᷒ ītelligē: tale eī
alabaſtꝝ huiuſmodi vnguētū ꝯſueuit ſeruare.
vbi Grego. Cogitanti mihi de penitētia marie.
flere magis libet ꝙ̄ aliquid dicē. Cui᷒ eñ vl᷒ ſax-
eū pect᷒ ille hui᷒ peccatricis mulieris lacrime
ad exēplū penitēdi nō emolliāt: ꝯſiderauit nāqꝫ
quid fecit. ⁊ noluit moderari qd facēt. Sup ꝯui-
uātes īgreſſa ē. non iuſſa venit: īter epulas lacri
mas obtulit. Diſcite quo dolore ardet. que flere
et inter epulas nō erubeſcit. Sed qꝛ turpitudis
ſue lacrimas aſpexit. lauāda ad fontē miſerico
die cucurrit: ꝯuiuātes nō erubuit. Nā qꝛ ſemet-
ipſā grauiť erubeſcebat. int᷒. nihil eſſe credidit
qd verecūdareť foris Hec Grego. Miſtice pe
des dominici corporis ſūt pauperes: qꝛ ſūt infe-
rior pars corporis miſtici ꝑ deiectōnē. ⁊ cruci
affixi per afflictōnē. Diues ergo ⁊ pctor volēs
optinē veniā in p̄ñti. et regni qd pauꝑꝝ ē glo-
riā ĩ futuro: debet ſec᷒ pedes iſtos ſtare ꝑ famili
aritatis exhibitōnē. et amicitie acqſitionē: lacri
mis rigare ꝑ ꝯpaſſionē: capillis extergē ſqualo
rē pauꝑtatis. ⁊ refouē ꝑ tpaliū q̄ ꝑ capillos deſi
gnāť ꝯmunicatōeꝫ et miſerie releuatōꝫ: oſculū
dare per affabilitatē ⁊ blandam allocutōnē fra-
ternitatiſqꝫ amorē: vnguēto vnguere per miſe-
rēdi hilaritatē. et cordis benigni dulcedineꝫ. ac
cōſolatōnis ſuauitatem. Aliter eñ ſcđm Aug.
non poſſūt diuites dicē cōpetenter pať noſter
niſi ſe fratres pauꝑꝝ cognoſcāt. Sed heu mlti
faciunt his contraria. et ergo cuꝫ pharizeo nec
gratiam merentur nec gloriā. Vñ Grego. Nos
ergo nos illa mulier exp̄ſſit. ſi toto corde ad do-
minū poſt peccata redeamus: ſi eius penitentie
luctus imitemur. Quid auteꝫ vnguento niſi bo
nus odor opinionis exprimitur. Si igiť recta
opera agimus. quibus opinionis bone odore ec-

eccleſiã reſpergimus. quid aliud in dñi corpo-
re niſi vnguẽtũ fundim⁹. Contra pedes dñi ſteti-
mus. cũ in pctis poſiti. eius itineribꝫ reniteba-
mur. Sed ſi ad verã pñiam poſt pcẽm cõuerti-
mur. iã retro ſecus pedes ſtamus. qꝛ eius veſti-
gia ſeq̃mur quẽ ĩpugnabam⁹. Lacrimis muli-
er pedes rigat: quod nos tũ agimus. ſi quibuſli
bet vltimis mẽbris dñi. per cõpaſſionis affectũ
inclinamur. Capillis pedes dñi tergimus. quã-
do ſanctis eius quibꝫ ex caritate compatimur.
etiã ex his q̃ nobis ſuperfluũt. miſeremur. Oſcu
latur mulier pedes q̃s tergit: qđ nos tũ agimus
ſi ſtudioſe diligimus q̃s ex caritate cõtinemus.
Hec Grego. Per hãc ergo mulierẽ peccatricẽ
ad dñi pedes acceſſionem. ſignificatur q̃libet per
ſona vere de peccatis penitẽs et cõtrita: ad qđ
req̃rit̃. q̄ ſicut deũ offendit per culpã. ita ei ſer-
uiat per pñiam. ſcđm illud apl̄i. Sicut exhibui
ſtis menbra vrã ſeruire immũdicie ⁊ iniquitati
ad iniquitatẽ ita exhibete nũc ſeruire iuſtitie in
ſãctificationem. ⁊ ſic fecit mulier hec penitẽs. Un̄
Grego. Liquet fr̃es q̄ illicitis actibꝫ prius intẽ-
ta. vnguentuꝫ ſibi ꝓ odore ſue carnis adhibuit.
Quod ergo ſibi turpiter exhibuerat hoc iã deo
laudabiliter offerebat. Oculis terrena cõcupie-
rat. ſed hos iã per penitẽtiã cõterẽs flebat. Ca
pillos ad cõpoſitionem vultus exhibuerat. ſed iaꝫ
capill' lacr̄mas t̃gebat. Ore ſupba dixerat. ſꝫ pe-
des dñi oſculãs hoc ĩ redẽptoris ſui veſtigia fige
bat. Quot ḡ in ſe habuit oblectamẽta. tot in ſe
inuenit holocauſta. Cõuertit ad numeꝝ delictuꝫ
numeꝝ criminũ: vt totũ ſeruiret deo in penitẽ-
tia. quicquid ex ſe deũ cõtẽpſerat in culpa. Hec
Grego. Cõſimile inducit Hiero. de beata Paula
dicẽs. Cũq̃ꝫ a nobis crebrius moneret̃ vt parce
ret oculis. vt eos euãgelice ſeruaret lectõni: aie
bat. Turpãda ẽ facies. quã ꝯ dei p̃ceptũ purpu
riſſo ⁊ ceruſa ⁊ ſtibio depinxi. Affligendũ ẽ cor
pus. qđ multis vacauit delitijs. lõgus riſus per-
petuo ꝯpenſandus ẽ fletu. Mollia linthiamina
et ſerica p̃cioſiſſia. aſperitate cilicij ſũt cõmutã
da. Que viro ⁊ ſeculo placui. nunc xp̄o placere
deſidero. Hec Hiero. Hinc ergo habemus q̃mõ
facienda ſit pñia. In q̃ eñi quis peccat. in eodeꝫ
per cõtrariũ pñiam agat. Verbigrã. Peccaſti ni
mis po'ãdo. pñiam age a potu abſtinendo. Qui
nimis comediſti vel p̃cioſiora. ieiuna ⁊ comede
viliora. Et ſic de alijs ſuo modo. Conſpice igitur
bene hãc mulierẽ ⁊ eius deuotionem. ⁊ ſuper his
moroſe meditare. qꝛ factũ hoc ſolenne fuit valđ
Conſpice etiã dñm ihm q̄ benigne eaꝫ ſuſcipit.
⁊ q̄ patiẽter ſuſtinet quicquid facit. Ceſſat ⁊ q̃-
eſcit a comedẽdo. donec negotiũ ꝯpleat̃: ceſſant
⁊ cõuiue. ⁊ oĩes ſuper hac nouitate mirãt̃. Sꝫ
phariſeus qui eũ vocauerat nõ tñ inuocauerat
qđ melius fuiſſet. fallaciter iuſtus. ac de falſa et
putatiua iuſticia veraciter ſuperbꝫ: nullaq̃ꝫ cõ
paſſione nature motus. et ſue fragilitatis obli-
tus: de hoc murmurãs. ait int̃ ſe. ꝯ ſuũ hoſpitẽ
murmurãdo: dicens. Hic ſi eſſet ꝓpheta verus
ſciẽs occulta. ſciret vtiq̃ꝫ q̃ in perſona. ⁊ qualis.

in vita eſt mulier. q̃ tangit eũ: ⁊ per cõſeq̃ns nõ
permitteret ſe tangi ab ea. qꝛ peccatrix ẽ. ⁊ ideo
vnguentũ eius vitare deberet. Egram rep̄hen-
dit de egritudine. q̃ potius erat cõmẽdanda: qꝛ
languoris ſui remediũ. q̃rebat apud tantũ me-
dicũ quẽ etiã rep̄hendit de ſubuentione de qua grã-
arũ actiões erãt referẽde. qui ip̄e quoq̃ꝫ de elatio
nis vulnere egrotabat ⁊ ideo nec medicũ ꝓ ſub-
uentione requirebat. Neſcis phariſee ſtulte. ne-
ſcis nuper te mũdauit a lepra. quẽ modo nõ cre-
dis eſſe prophetã. Et propheta quidẽ eſt. ⁊ opti
me ſcit. qꝛ peccatrix ẽ mulier q̃ eum tangit. Ad
hoc eñi ip̄e venit. ad hec ip̄e de celis deſcendit.
Nõ eñi venit vocare iuſtos. ſed pctores ad peni
tẽtiã. hoc ip̄e teſtatur. eius verba ſũt hec. Non
horret ergo pctores. qui pro pctoribꝫ factus eſt
homo. Igr̃ ſcđm Grego. neceſſe ſemꝑ eſt. vt cuꝫ
peccatores quoſq̃ꝫ cõſpicimus noſmetip̄os pri-
us in illoꝝ calamitate defleamus: qꝛ fuiſſe in ſi-
milibꝫ aut lapſi ſumus. aut labi poſſumus ſi la-
pſi nõ ſumus. Per iſtũ phariſeũ qui xp̄m nota-
uit de ignorãtia. ⁊ mulierẽ de immũdicia. ſignifi
catur ypocrita. de falſa iuſticia p̄ſumẽs. ⁊ alios
cõtẽnens: quia ſcđm Grego. vera iuſticia com-
paſſionem habꝫ. falſa vero indignationem. ꝓpter
qđ iſte phariſeus arguitur de pietatis obmiſſi
one in modicis reſpectiue. ⁊ mulier ꝯmendatur
de maioribꝫ valde. Un̄ dñs ihus nõ verba pha
riſei audiẽs. ſed cogitationes inſpiciẽs. reſpõdit
cogitationi eius ad cõfutationem illi⁹: per hoc eñi
q̄ ad eius reſpõdit cogitationem q̃ ſoli deo eſt no
ta. oſtendit ſe plus q̄ ꝓphetam. et dñm ꝓphetaꝝ
⁊ propoſuit ei parabolã de duob⁹ debitorib⁹. vt
ꝯuenientius ꝯcludat. ꝯ eũ ex r̃nſione ip̄ius. Cuꝫ
ei de ſua ſentẽtia phariſe⁹ ꝯuicit̃. q̃ſi freneticꝰ fu
nẽ portat. cũ quo legat̃. Iſti duo debitores erãt
maria deo debitrix quingẽtoꝝ denarioꝝ. ⁊ pha-
riſe⁹ qui quinq̃gĩta debebat qꝛ minus ſe peccaſ-
ſe credebat. ⁊ ideo maria plus diligere debebat.
qꝛ maiorẽ remiſſionẽ acceperat. et plus dilige-
bat. ideo maiora obſequia xp̄o p̄bebat. Exẽplo
igr̃ debitorũ ⁊ fenoratoris cõuincit phariſeum.
q̄ hec mulier eſſet grã diuini amoris iuſtifican
da. ⁊ dignior amari ⁊ peccata ſibi remitti. que
plura grata deo obtulit in hoc facto. q̄ ſuperbꝫ
phariſeus ĩ ꝯuiuãdo. qꝛ amor in humanis ple-
rũq̃ꝫ cauſat̃ ex donis p̃cedentibus. ⁊ per ꝯſeq̃ns
maior amor ex donis maiorib⁹. Un̄ dñs enume
rãs bona peccatricis et mala falſi iuſti. redar-
guit phariſeũ ex defectu triplici: ſcꝫ pietatis. qꝛ
ñ dedit aquã pedib⁹ ſuis q̃ tñ erãt feſſi ⁊ dolẽtes.
⁊ labore itineris. ac lutoſi ſeu puluerizati. eo q̄
incedebat ſñ calciamẽtis. Un̄ Tit⁹. Quaſi. d. facil'
ẽ vſ⁹ aq̃ꝝ. ñ ẽ facil' lacr̄maꝝ effuſio. tu ꝓmtis ñ es
vſ⁹. hec effudit ñ ꝓmpta: lauãs lacrimis pedes
meos. lauit lacr̄mas ꝓpas. Scđo r̃darguit ex dfe
ctu caritatis. qꝛ ñ dedit ei oſclm. qđ ẽ ſignũ amici-
cie ⁊ dilectionis. Tercio ex dfectu hilaritatis q̃ dſi
gnat̃ ĩ noĩe olei. q̃ ñ vnxit caput ei⁹. Tria eñi p̃di
cta faciebãt olim ſuis hoſpitib⁹. q̃ ꝓmo babant
oſculum ĩ ſignum ſecuritatis: deinde lauabant

pedes propt̃ laborẽ itineris: poſtea vngebãt ca⸗
put vnguẽtis refrigeratiſ cont̃ eſtũ caloris. Et
p̃dicta tria. ſcꝫ caritas. pietas. ⁊ hylaritas. req̃⸗
runt̃ ĩ hoſpitalitate vera ⁊ gratioſa. ex q̃ ad ob⸗
ſequiũ magis tenebat̃ pharizeus q̃ mlr̃ier ſupue
niens ab ext̃. Vñ ↄſidera q̃ p̃fert̃ hic deuotũ ob⸗
ſequiũ largitõi cibi ⁊ potus. q̃s credibile eſt pha
rizeũ ĩ domo ſua dño p̃buiſſe. Hic poteſt elici ar
gumentũ. q̃ cũ ſuſcipit̃ q̃s hoſpitio. magis meri
toriũ eſt ei benigne miſtrare. q̃ ipm̃ cibũ ⁊ potũ
exhibẽ. Et econuerſo laudat dñs mlr̃ierem. de
triplici ꝑfectõe. defectib9 pharisei oppoſita. prout
clare patet ĩ lrã. Ex fc̃tis ergo mulieris apparet,
q̃ dominũ mlt̃ũ dilexit. et iõ veniã reportãs. iu⸗
ſtificata fuit. propter qḋ ⁊ ex pc̃tis mlt̃is ſibi di⸗
miſſis magis ĩ amore eius exarſit. Vnde volens
dñs mõſtrare q̃ omnia ĩ dilectõe cõſumãt̃. dixit
ſymoni. Propt̃ qḋ dico tibi. remittunt̃ ei pc̃ta
multa. qm̃ dilexit multũ. caritas em̃ operit mlt̃⸗
titudinẽ peccatorũ. Et tu plurimũ dilige. vt ti⸗
bi plurimũ remittat̃. Vñ Criſ. Nã qui vehemẽ
ter ſe ĩgeſſerũt malis. rurſus ⁊ bonis vehemẽt̃
ĩſiſtent: conſcij ad q̃t debita ſe obligauert̃. Cui
autẽ minus dimittit̃. min9 diligit. vt ſcꝫ tu pha
rizee. Sed nõ ſupbias ſi ĩ pauciorib9 teneris. qꝛ
tu q̃ꝫ venia eges. nullus em̃ poteſt ꝑ ſemetipm̃
a debito peccati liberari. niſi diuina grã veniã
conſequat̃. Igit̃: vt ait Criſ. opus ẽ nob̃ feruẽti
anima qꝛ nihil ĩpedit hominẽ fieri magnũ. Nul
lus ergo ↄſtitutorũ in pc̃tis deſperet. neq̃ꝫ virtu
oſus dormitet. Nec hic ↄfidat. ſepe em̃ meretrix
p̃cedet eũ: nec ille diffidat. poſſibile nãq̃ꝫ eſt eum
etiam primos ſupare Hec Criſ. Vñ et Grego.
Quid fratres mei eſſe dilectionẽ credimus. niſi
ignẽ? Et quid culpã. niſi rubiginẽ? Vnde nũc
dicit̃ remittunt̃ ei peccata mlt̃a. quia dilexit mlt̃
tum. Incendit plane pc̃ti rubiginem. qꝛ ardet
valde per amoris ignẽ. Et ſi durũ eſt valde qḋ
coquit̃. habundat tñ amoris ignis. quo etiam
dura cõſumant̃. Tãto nãq̃ꝫ ãplius pc̃ti rubigo
cõſumit̃. quãto peccatoris cor magno caritatis
igne concrematur. Vbi Auguſtin9. Hic multa
cõmiſit. et mlt̃orũ debitor factus eſt. ille guber⸗
nante deo pauca cõmiſit. Cui deputat ille quod
dimiſit. huic ⁊ iſte deputet qḋ nõ cõmiſit. Nullũ
eſt em̃ pc̃m qḋ facit homo. qḋ nõ poſſet facere
et alter homo: ſi deſit rector. a quo factus eſt ho
mo. Vnde et Bernh̃. Quis nõ videat. q̃ ſicut in
multa peccata cecidi. ſic et ĩ multa alia cecidiſ⸗
ſem. niſi omnipotẽs pietas ſeruaſſet. Fateor et
fatebor. niſi quia dñs adiuuit me. paulominus
habitaſſet in inferno anima mea. videlicet ceci⸗
diſſet ĩ omne pc̃m anima mea. Miſtice feno
rator iſte deũ ſignificat. qui pro culpa penã et ꝓ
donis grãrum meritũ bonorũ exigit. Debitores
dici poſſũt maria ⁊ pharizeus. quãtũ ad ꝓpoſi⸗
tũ: vel ꝓplus genciũ ⁊ iudaicus. vel pc̃tor noto⸗
rius ⁊ occultus. vel cleric9 ⁊ layc9: et ſic duo de⸗
bitores ſũt duo ꝓpli. vel duo ſtat9 pc̃torũ. p̃mi de⸗
bẽt quĩgentos denarios. qꝛ plus peccãt. ſecũdi
quĩquagĩta. qꝛ min9. Sed nõ hñt vñ reddãt. qꝛ
nullus p̃dictorꝫ poteſt abſolui ꝓprijs virib9 abſq̃ꝫ
grã. et iõ donat vtriſq̃ꝫ. id ẽ donũ gratuitũ dat.
per qḋ eis debitũ dimittit: non em̃ ſine dono dei
gratuito fit culpe remiſſio. Dixit autẽ dominus
ad mulierem remittũt̃ tibi pc̃ta. ſcꝫ nõ ſolũ q̃⸗
tũ ad reatũ et culpã. ſed etiã quãtũ ad reat9 pe⸗
nam: et hoc fit ex vehementi amore dei ⁊ horro⸗
re peccati p̃teriti. O felix maria cui tot dantur
munera. Nã primo dat̃ ei pc̃torũ remiſſio. vt hʒ
dicit̃. ſecũdo fit ſpiritualit̃ familiaris dño. vt in
ſequenti capitulo ſubdit̃. tercio fit ei dominice
reſurrectõnis prima apparitõ. ꝓut ĩfra de reſur
rectõne dñi narrat̃. Et accũbentes ſimul cũ
dño. dicebãt ĩtra ſe ĩ corde ſuo. Quis eſt hic. qui
etiã peccata dimittit? Hoc dicebãt. quia huma⸗
nitatẽ exterius apparentẽ. q̃ non poteſt peccata
dimittẽ tm̃ videbãt. Sed dominus cogitationes
eorꝫ paruipendẽs dixit ad mulierem. Fides tua
id eſt a deo tibi infuſa te ſaluã fecit. qꝛ iſta fides
caritate formata fuit. et iõ habentẽ dignũ vita
eterna fecit. Scd̃m Grego. fides eã ſaluã fecit:
qꝛ hoc qḋ pecijt. poſſe accipẽ ñ dubitauit. Speꝫ
em̃ iam ab illo acceperat: a quo ſalutẽ q̃rebat.
Vade ĩ pace id eſt ĩ qete ⁊ ceſſatõne a vicijs. nõ
diſcordãdo a grã tui amoris. In pace ire p̃cipit̃
vt ĩ veritatis itinere pſeueret: et ab eo ĩ via ſcã⸗
dali vlteri9 nõ declinet. Vñ Theophil9. Poſtq̃
autem ei peccata dimiſit. nõ ſiſtit in remiſſione
peccati. ſed adicit opatõnem boni. Vñ ſubditur
Vade ĩ pace id eſt in iuſtitia. Nã iuſtitia eſt pax
homĩs ad deũ. ſicut pc̃m eſt ĩimicitia inter deũ
⁊ hoĩem. Quaſi diceret. Opare omnia q̃ ad pacẽ
dei te ducũt Hec Theophil9. In hoc ergo q̃ dici
tur vade ĩ pace. notat̃ q̃ ipa iuit ſolicite ꝑ bona
opa. ⁊ q̃ ipa habuit pacem ĩ ↄſcientia. O vbum
delectabile ⁊ ſuaue. q̃libẽt id magdalena audiuit
⁊ q̃iocũde receſſit. ⁊ pfc̃te ad deũ ↄuerſa. deiceps
honeſte et ſãcte vixit: ac dño ihu ⁊ mr̃i ei9 pſeue
rãter adheſit. Et bñ ait ĩ pace p9 remiſſioꝫ pc̃to
rũ. qꝛ iuſtificatis eſt pax. cũ ↄſcientia nõ remor⸗
det: ſꝫ nõ eſt pax ipijs ⁊ exiſtentib9 ĩ pc̃tis. Hic
habes apte q̃ caritas reformat pacem ĩt̃ deũ et
pc̃torem. Vñ et btũs Petrus dic. q̃ caritas ope
rit mlt̃itudinem pc̃torũ. Sñ qua pfecto ĩpoſſi⸗
bile eſt placẽ deo. cũ qua ſĩ dubio placet quicũq̃ꝫ
et iõ hãc p̃cipue debem9 deo referre. Vñ Ambro
ſius. Quoniã nihil eſt qḋ digne referre deo poſſu
mus. qḋ em̃ referamus ꝓ ſuſcepte carnis ĩiuria?
Quid ꝓ verberibus? Quid pro cruce? obitu. ſe⸗
pultura? Ve mihi ſi nõ dilexero. Audeo dicẽ. nõ
reddidit petrus: et iõ plus dilexit. Non reddidit
paulus. Reddidit q̃dẽ mortẽ pro morte. ſed alia
non reddidit: quia multũ debebat. reddamus li⸗
cet crucem pro cruce. funus pro funere: nunq̃d
reddimus. quia ex ipſo et per ipſum et in ipſo ha
bemus omnia? reddamus ergo amorem pro de⸗
bito. caritatem pro munere. gratiam pro ſãgui
nis precio. Plus enim diligit cui donatur am⸗
plius Hec Ambroſius. Nemo ergo deſperet. ne⸗
mo de dei miſericordia diffidat. Clemens eſt do⸗
minus. qui ex corde conuerſis tam facile miſere⸗

tur. Vñ ſi q̄d confeſſio et lacrime pñt. vide quid
fides ⁊ dilectõ opet̃. Paruo tp̄is ſpacio iuſtifica
ta eſt mulier: et ab om̄i peccato mūdata. q̄ vni-
uerſis vitijs plena: ⁊ tã peccatrix fuerat. vt ea3
phariʒeus videre dedignaret̃. Hanc ig̃ imitans
peccator pc̄tã nūc defleat. vt eius lacrimas qñ-
doq3 deus abſtergat. Nã vt ait Bern̄. Felices la
crime quas benigna man⁹ cõditoris abſterget: ⁊
bt̃i oculi q̄ ĩ talib⁹ liq̄fieri fletib⁹ elegerūt. q̄ ele
uari in ſupbia. q̄ om̄e ſublime videre. q̄ auari-
cie petulãtie famulari. Vñ ⁊ Criſoſ. Sicut aute
vbi vehemēs ymber prūpit. fit ſerenitas: ſic la-
crimis effuſis. apparet trãq̄llitas. ⁊ perit caligo
reatuū. Et ſicut ꝑ aquã ⁊ ſpm̄ purgamur. ſic ꝑ
lacrimas. ⁊ cõfeſſiõne denuo mūdamur. Vbi et
Anſhel. Jã nūc ingredere domū phariʒei. recū
bentē ibi dñm tuū attēde. accede cu3 benigniſſi-
ma peccatrice ad pedes ei⁹. laua lacrimis. terge
capillis. demulce oſculis. foue vnguētis. Nō-
ne iã ſacro liquoris illi⁹ odore ꝑfūderis? Si tibi
adhuc ſuos negat pedes. iſta. ora. ⁊ grauidos la-
crimis oculos attolle. tuiſq3 ſuſpirijs inenarra-
bilibuſq3 gemitib⁹ extorq̄ q̄d petis. luctare cum
eo. ſicut iacob. vt ipſe ſe gaudeat ſuperari. Videbit̃
tibi aliqñ. q̄ auertat oculos q̄ aures claudat: q̄
deſideratos pedes abſcõdit. Tu nihilomin⁹ inſta
oportune. importuneq3 clama vſq3q̄ clamabo ⁊ nõ ex-
audies. Redde mihi ih̄u bone leticiam ſalutaris
tui: q2 tibi dixit cor meum. queſiui faciem tua3:
faciem tuam req̄rã. Hec Anſhel. Null⁹ ẽ pctõr
debet de clemētia dei deſpare. q2 ꝑſto ẽ cūctis de-
bita relaxare: ⁊ penitētes ad regnū celoꝝ reuo-
care. Jſtud de⁹ ꝑ manaſſen regē iſrl̄ olim ꝑfigu
rauit: quē ꝓpt̃ pñia3 ad grã3 reuocauit. Manaſ-
ſes ĩfinitis deū offēderat. yſaiã q̄ eū d̄ pctis ſuis
redarguit. cū ſerra lignea ꝑ mediū deſecari fecit
⁊ tot ꝓphas ip̄m arguētes trucidauit. q̄ plateas
ihrl̄m ſanguine ꝓphetarū purpurauit. Tãdem
ab hoſtib⁹ ẽ capt⁹: ⁊ ĩ exiliū deduct⁹. carceri de-
putatus. Vbi cepit penitere. et ex corde ſcelera
ſua deflere. Et cū lacrimis orauit dñm: dicens.
Peccaui dñe ſup numeꝝ arene maris: ⁊ iã nõ
ſū dignus vidē celi altitudinē. ꝓpt̃ iniq̄tatū mea
rū multitudinē. Miſert⁹ dñs pñiam ei⁹ accepta-
vit. Nã de captiuitate eu3 liberauit. ⁊ ĩ regnum
ſuū ĩ hirl̄m reuocauit. Per hūc pctõr deſigna-
tur: q̄ ꝓphas dñi ip̄m arguētes cruciat. qñ p̄di-
catores et doctores audire recuſat. Et q̄diu tal̄
pſeuerat in pctõ mortali: tãdiu ẽ in captiuitate
dyaboli. Si aūt ex corde egerit pñiam: de⁹ para-
tus ẽ ſuſcipe eū ad grãm. Hoc idē ꝑfiguratū fu-
it in rege dauid. q̄ adulteriū ⁊ homicidiū perpe
trauit. Cumq3 redargutus a nathan. peccaui di
ceret. ſtatim nathan reſpõdit: dñs trãſtulit pec
catū tuū. id ẽ dimiſit. O q̄ magna eſt pietas dñi
⁊ q̄ ineffabilis: q̄ nullū penitēte3 deſpicit. cuiuſ
cūq3 cõditõnis. Nõ ergo ꝓpter immanitate3 pec-
catoꝝ nr̃orū deſperem⁹: q2 diuerſos teſtes diue
miſericordie habemus. Neq3 vlt̃ peccatis ſerui-
am⁹: q2 magnã dignitate3 amittūt miſeri hoĩes
ſeruiendo peccatis. quodãmodo carnis volupt
tates ⁊ ꝯcupiſcētias. q̄da3 aſpirando ad honores et
excellētias. q̄dã ꝑtinaci ſtudio q̄rētes mundi fa
cultates et diuitias. Et q2 pauci ſūt hodie q̄ iſtū
trinariū nephãdū nõ ſeq̄ntur: certe miſeri me-
rito dicūt̃. q2 illis rebus q̄ eis deberēt ſeruire et
obſeq̄. ſeruiūt ⁊ obſequūt̃. Tales proculdubio ſe
viles oñdūt nõ nobiles. nõ dños. ſ3 poti⁹ gartio
nes ⁊ ſeruos. Exēplu3 de Diogene. de q̄ legit̃. q̄
cū q̄dã vice ratõe ſue eminētis ſciē ⁊ ſapiē impa
tor eū viſitaret. ꝑhus ei aſſurgere noluit: q̄d vi-
dēs impator. iracundia motus retroceſſit: vene
rūtq3 ſerui ei⁹ ⁊ dixerūt ad eū. Dñe: q̄re ſic age-
re voluiſti. Nõ modicu3 te impator honorabat.
q2 te paupem talis ac tãtus viſitabat. tu do ecõ-
uerſo ip̄m inhonoraſti. q2 ei aſſurgere noluiſti.
Quib⁹ rñdit. Nõ decet dignitatē meam vt ſeruo
ſerui mei reuerētiã faciã. Seruit iſte ſeruo meo
ſc3 mūdo. q̄ mihi ſeruit: eo fact⁹ ẽ vt mihi ſuiat.
Jgr̃ nõ decuit me. ſignū alicui⁹ reuerētie ſibi ex
hibere. Dñ dñabat̃ iſte mundo ⁊ impabat: bene
nature ſue dignitatē ⁊ p̄ſidētiã obſuabat. Orõ

O Jheſu bone ſpes penitētiu3. q̄ marie pec-
catrici. ad tuos pedes flenti. ⁊ eos lacri
mis rigãti. capillis tergēti. labijs oſcu-
lãti. pietatis ſignū aperiēs pctõꝝ veniã tribui-
ſti: ne deſpicias ih̄u miſericors me pctõrem ad
clemētie tue veſtigia prouolutū. rigãtem lacri-
mis intime ꝯpunctõnis oſculante3 labijs de
uote oratõnis. et fac me audire vocem tuam pi
etate ⁊ clementia. ſuauitate ⁊ miſericordia ple
nam. quam audire meruit et ipſa. vt dimittant̃
mihi peccata mea m̄lta. ꝑ tuam grã3 ⁊ ipſi⁹ me-
rita. Amē

De miſterio marthe ⁊ ocio marie. Capitulum. LXI.

Et poſt hec quadam vi-
ce intrauit iheſus in quoddã caſtel-
lum ſcilicet bethaniam. que interp-
tatur domus obedientie: per quod
ſignatum eſt q̄ libenter intrat dominus domu3
conſcientie. vbi ei obeditur deuote. Et venit ad
domum marthe. et marie. ad illam enim domu3
frequenter diuertebat ⁊ ſecure: propter ſpecia-
lem ibi habitantium amicitiam ⁊ deuotionem.
Sed marthe domus hic appellatur cum dicit̃.
et mulier quedam martha nomine. excepit illu3
in domum ſuam: quia maior natu erat. ⁊ cura3
domus habebat. At ille ſorores toto affectu ihe
ſum diligentes. reuerenter ⁊ alacriter eū ſuſce-
perunt. de tanti hoſpitis aduentu gaudentes. Et
martha quidem ſe incontinenti ad refectionem
domino ⁊ diſcipulis ſuis procurandam parauit
⁊ in miniſterio laborauit vt eis conuenienter p-
uideret: maria vero ad pedes domini ſe poſuit.
vt diligentiam. aſſiduitatem. ſolerciam erga au
ditõnem oſtenderet: ⁊ multam reuerentia3. quã
ad dominu3 habebat. Jlla ſtabat et ſatagebat.
vt paſceret dominum cibo vtiq3 corporali. hec
ſedebat et audiebat vt paſceretur a domino ſuo
cibo ſp̄ūali. Sane quanto melior eſt anima cor
pore. tanto dulcior eſt cibus ſp̄ūalis in mente q̄